

velint decidere, &c. Eadem hacce probatio adhuc in A. T. N. mutatis mutandis.

(2) Recordatur Deus munerum nostrorum, quando eadem paternè admittit, ipsoque opere se nobis faventem demonstrat. Modò nos quoque semper recordemur Dei. v. 8.

USUS E VERSU V.

(1) Dat Deus secundum cor vel desiderium nostrum, quando nos, tanquam regenti, secundum ejus voluntatem oramus: 1. Joh. V, 14. Adeoque.

(2) Magnates, si exaudiri velint secundum sua vota, cor ipsorum debet esse liberum ab omni tyrannide, fastu, avaritiâ, injustitiâ: aliisque carnis affectibus: è diverso intendere tenentur verbi div. gloriaeque Dei propagationem, ecclesiae ac subditorum salutem, officii sui expeditionem strenuam &c.

(3) Consilia cum Deo, & secundum ductum divini verbi deliberata, implentur, eodem Deo auspice vel duce. Notent hoc tum Magnates, tum Magnatum Consilarii.

USUS E VERSU VI.

(1) Gloriari ac jubulare debemus, non tam ob successus, aut propria nostra facta, quam ob Dei salutem quando cor nostrum, per Spiritum S. de Dei gratia est confirmatum. v. Jerem. IX, 23. L. de gaudiò in Deo, B item de hymnis Deo debitis: juxta II. præc.

(2) Bella necessaria quomodo licitè & inchoanda, & quomodo in nomine Dei gerenda, traditur in L. de magistratûs officio.

(3) Implet Deus petita nostra, si non ad nostram voluntatem, attamen ad salutem. L. de Precibus.

USUS E VERSU VII.

(1) Preces comitetur certa exauditionis fiducia: nunc novi. Jac. I, 5. qua ipsa fiducia nititur tum infallibili Dei promisso, tum proluxâ exemplorum observantiâ.

(2) Salvatio è malis quibuslibet proficiscitur à Jehovâ.

(3) Qui se unctum Dei, h. e. cœlitus ad hoc illudve officium constitutum, vel in regeneratione inunctum (1. Joh. II, 27.) novit, sciat quoque, se ejusdem gavisurum suo tempore.

(4) Potentia multiplex, salus & dextra Dei mirabiliter concurrunt ad procurandam invocantium liberationem.

USUS E VERSU VIII.

(1) Mundani causis inmituntur secundis (uti sunt apparatus bellici, opes, astutia, experientia, confœderatio, eruditio, &c.) parum de Deo solliciti, contra quam stultam confidentiam luctantur pu, quamdiu vivunt, v. I. præc.

(2) Piorum unica spes ac meditatio Deus cum suis promissis ac operibus. Hujus diu noctuque recordantur, in prosperis & in adversis: Psalm. CXXXIX, 1. seqq.

USUS E VERSU IX.

(1) Eventus consiliorum carnalium ut plurimum infastus, si non hoc & illò, tamen insequentibus annis: incurvantur, concidunt. Exempla extant Judic. IV, 3. 2. Paral. XIV, 9. 2. Reg. XVIII, 23.

(2) Causa cladis neglectus Supremi Numinis: id mediis terrenis subtrahit vim stultè speratam: Psal. LX, 13, XCI, 18. CXLVII, 10. Jes. XL, 6.

(3) Pii perstant confirmante Domino, in turbis tum spiritualibus, tum corporalibus: vincunt virtute Christi: Phil. IV, 13.

USUS E VERSU X.

(1) Salutem non unâ vice petiisse sufficit; repetendi bi gemitus, quousque vivimus.

(2) In cœlis est verus Rex noster, qui invocantes se nequit deserere. Invocare & Exaudire apud hunc arctè sunt connexa: Psalm. L, 15.

PSALMI XXI. DISPOSITIO.

Rex fortunatus. Corona gratia & gloria. Rex Christus conteret hostes.

Est hîc I. Gaudium Regis (a) ob divinum robur, (b) ob divinam salutem: vers. 2. (c) ob concessionem rerum desideratarum: vers. 3. (d) ob benedictiones collatas, vers. 4. (e) ob impositam coronam regiam, *ibid.* (f) ob datam vitam sine fine: vers. 5. (g) ob gloriam incomparabilem: vers. 6. (h) ob felicitatem interminabilem,

vers. 7. (i) ob exhilarationem cœlestem, vers. eod.

II. Ejusdem fiducia in Deo, vers. 8. de (1) subsistentiâ immobili, *ibid.* (2) de hostium subjugatione: v. 9. & extirpatione, v. 10. 11. 12. 13.

III. Suspirium de Dei in robore suo surrectione: vers. 1. cui subjicitur promissio decanationis solennis: *ibid.*

PSALMUS XXI.

EXPLICATIO VERSUS I.

Eadem hæc inscriptio, quæ Psalmi præcedentis: regredere ergò ad ibidem dicta.

EXPLICATIO VERSUS II.

כְּעוֹר in robore tuò, vel propter robur tuum: h. e. nil movent ipsum exercitus optimè instructi, nil heroës servitia offerentes, nil armamentaria referta, nil munitiones incomparabiles, nil animi proprii invictum robur corporisque vires, sed ob solam tuam potentiam infinitosque auxiliandi modos, hæctenus regi fatis superque probatos, hilaritate fruitur sanctissimâ.

יִשְׂמַח letabitur: h. e. lætari, bonòque in magnis etiam periculis animò esse solet. Futurum designat actum consuetum & continuum. Exclu-

ditur h. m. anxia pusillanimitas ac desperabunda diffidentia, positâ ubivis tranquillitate mentis favissima, Deo soli confidente.

מֶלֶךְ rex:) Piscator de Davide: sed ex versu imprimis quinto, & cæteris patet, Psalmum hunc non de carnali rege esse exponendum, (licet interea ab eò & pro eò potuerit usurpari,) sed de spirituali ac æternò, nempe de Messia, Regis Davidis filiò, & ipsomet rege, Psalm. II, 6. LXXII, 2. seq. Sic Athanasius, Eusebius, Origenes, Augustinus, &c. item Chaldaus: **מְשִׁיחָא מֶלֶךְ** rex Messias. Sic ex Calvinianis Coccejus.

יְיָ יִשְׂעוּתָךְ & in salute tuâ:) regi nempe collatâ: vide Psalm. XX, 6.

מִה יִגִּיל מֶלֶךְ quàm valdè exultat:) admiratio hæc ineffabilitatem gaudii importat. Præ-